

IOACHIMI VADIANI HELVETII,
de Poetica & Carminis ratione, Liber
ad Melchiorē Vadianū fratrem.

Suis. Schuster.


Ad Lectorem Sebastiani Reinaldi
Cetostychon.

Quot claros quōdā tenuit pia Rōa Quirites
Quot magni Xerxis bellica turba uiros
Tot Vadianus habet tenero cōpacta libello
Classica, quæ lector te breuitate docent
Ponere digna uelis, seu scribere carmīa lectu
Hoc duce (nō dubita) codice doctus eris.
Frōde uelut siluæ, stellis uelut ardet olymp^o
Sensibus & fructu, sic nitet iste liber.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

a

9



abusum per animi maleuolentiā deflexam vilipendere & culpāre au-
 dent/quali bona esse nequeant. id quod in Poeticę iudicio pleriq; ho-
 die nimis temere, ne dicā stulte agunt. Videant isti ne blasphemēt, &
 sancto spiritui per quem nobis omne bonum desuper est/imponant.
 Hoc spiritu Poetę simul & Prophetę nomen Dauid adeptus est. Hoc
 spiritu Moses rapt9 cecinit, hoc Heremias/hoc alij vetustissimi Theo-
 logi, qui vna Poetę fuerunt vt inferius ostendemus. Hoc furore iuua-
 mur quotiescunq; extra humanę fragilitatis debilitatē eleuati, ea cō-
 templamur, & scribimus quę vel diuina sunt, vel rebus diuinis proxi-
 ma. Hoc, vt malī Poetę abutūtur/ita perfruuntē boni. Qui si aliquādo
 sub numeris suis mysteria & vaticinia cœlant, nō est quod miremur
 cum diuini spiritus beneficio participes esse queant. Hinc & vates &
 prophetę quoq; dicti. Paulus Epimenidem Poetā prophetā dixit ad
 Titum. Vates autē a vi mentis dictus/ quod vocabulum & Poetis &
 Prophetis cōmune est/vt quarto sentētiarū scribitur distinctione. z. z.
 ad finem. Hęc eo libentius huc afferō/vt multoꝝ pertinaciā suorum
 autorum testimonio confringā. Isto igitur numine freti/ quāuis multi
 sine labore repente illustrati, multi vero per laborē/eo ipso in artibus
 sine multa difficultate discendis adiuti fuerint, vt in logicis sine præ-
 ceptore Augustino, in Græcis Ruffino suopte ingenio itellectis. Id qđ
 & gentilibus euenit/Diligentia tñ indefessa nostrę vires semper ita
 preparandę sunt/vt dulcissimū illud veri furoris numen / in agilis &
 parati animi penetralia prouocare videamur. Talem furorē ex sinu
 dei proficisci, qđ qđ neget Hermolaus Lendenariensi nimis in oppug-
 nando infestus/& in vocabulo (sinus) interpretando nimis morosus ei9
 tamen totus illic excursus quid velit aut quas vires habeat, ex supra
 adductis iudicari potest.

Q SOLITVDO POETARVM STVDIIS MAXIME
 OPORTVNA SIT. TITVLVS. XV.



Es scriptis hactenus: frater: his partibus quę primę fere cū
 in omnium ingeniorum tum maxime Poeticę probatione
 locum sibi primū vendicant faciendus est mihi gradus ad
 Solitudinis commoda, vt ostendam. Vatum animos nusq;
 cōmodius in rerum intuitū prouehi posse, qđ in seiuncto a Tartareo
 mortaliū tumultu diuerticulo: Quod ipsum & si multi añ me tracta-
 runt/nihil tamen quod in Poeticę aut amorem aut cognitionē te am-
 plius illicere posset/hoc tibi dicato libello intermittēdū statui. Primū
 omnium ea solitudo quę Poetę facturo quicq;, solatio esse possit/non
 in Agris tantū & conuallibus sed & in media vrbe potest institui tūc

maxime cum circa ea quę sunt externa / cuiusq; animus nō occupatus
neq; sollicitus / liberā sibi a perturbatiōibus quietē astruit: quod nisi
fiat solū esse non dabitur etiā amœnissimos ruris & montiū secessus
petenti: Nam suspensum molestis cogitationibus animum, nisi sese ipse
redimat / nulla vnq; amœnitas iuuabit: molestū autē intelligo / non tā
quod timeas a grege feras / q̄ quod nimiū concupiscas: in vtroq; enī
anxietas inest quę paratæ mentis acumen plus q̄ dici possit / obtun-
dere & auertere solet: Iam vero si quis urbē deserere non potest & tñ
vt suis horis sit solus desiderat / si animo se liberū facit / si triclinium /
quod paulo sit a plebeio strepitu remotū ingreditur, si bonorū codicū,
& scriptorum multa lectiōe familiarīū / copia frui poterit: optabilem
iste sibi solitudinem apparare potest / qua non minus q̄ ruri cogitet,
& effingat inq; illud dulcissimū Musarū & Apollinis colloquiū qđ
proletarijs & vmbra rerū sequentibus negociatoribus minime fami-
liare est, nec ignobilibus concessum / summa voluptate perueniat. In
qua studiū ratione illud ociū locū habet, quod nō laudatū solum sed
prope diuinis rebus idoneū / si animi præstantiā contueamur / omniū
negociorum amplitudinē exuperat: in eo enī liberę mētis sunt locata
diuerticula. VERVM, quia perq; difficile est urbem inhabitantē non
conueniri, distrahi: occupari: & destinati aliquando cogitationū la-
bores / non paruum quietis ocijq; tempus postulant maxime cū auc-
acrius quid inueniendū aut attentius scribendū est / plus idoneam
Poetis esse eam solitudinem video fere omnibus placere, quę ab le-
uioribus mortaliū studijs seiuncta, ab vrbe in agrū se confert: qui vt
Menander dixit virtutis ac vitę liberę optimus magister est & impro-
bos odienti / perq; dulcis sedes. Vbi cum sint multa quę membris &
corporis viribus melius comodēt vt est aurę integritas exercitiū occa-
sio / aquarum copia: nemorū oblectatio: esculentorū nō nimis exquisita
luxuria / somnūs securior / silentium altius: Animo quoq; ipsi melius
esse necesse est, qui per amplos & amœnos aruorū prospectus perq;
istam vegetabilis naturę sedulitatē statī compluria demirari incipiēs
cœlumq; ipsum suspiciens / repēdo & inambulando per virētium ar-
bustorum gratā caliginem: meditari incipiat / sensibusq; intra se col-
lectis / animum potissimū intēdere / illūq; nūc haurire furorem quem
Hesiodus ī paternis aruis a Musis in vicina nemora ductus. hausisse
putatur. Bñ igitur Horatius / cum li. epistolarū primo inquit. Mihi iā
nō regia Roma Sed vacuum Tybur placet aut imbelles Tarētum: &
alibi in eodem libro ad Mecenatem scribens sic. Nec somnum plebis
laudo satur altiliū nec Ocīa diuitijs Arabū liberrima mureo. Quo in
loco / quid vatē studiosum deceat pulchre indicauit. Vt enim ab illi-
berali & plebeio ocio / quo mens torpere solet abstinendum esse, ita

priori illi, de quo diximus ita inherēdū putat, vt vel amplissimarum diuitiarum splendorem illi non pręferamus. Idem libro Epistolarum secundo ad Florum/ vrbanos strepitus vt importunos intentioribus studijs execrans, sic inquit.

Scriptorum chorus omnis amat nemus & fugit urbem,

Rite cliens Bacchi somno gaudentis & umbra.

Tu me inter strepitus nocturnos atq; diurnos,

Vis canere, & contacta sequi vestigia Vatum:

Ingenium sibi quod vacuas desumpsit Athenas

Et studijs annos septem dedit: insenuitq;

Libris, & curis, statua taciturnius exit,

Plerumq; & risu populum quatit: Hic ego rerum

Fluctibus in medijs & tempestatibus vrbis

Verba Lyre motura sonum connectere digner:

Et paulo supra dixerat.

Pręter cętera Romę me ne Poemata censes

Scribere posse inter tot curas, totq; labores:

Eam obrem verisimile est, Vates tã gręcos q̄ latinis/ob illius oportune ingenijs solitudinis pręstantiã, vberius ruris dona suis carminibus celebrasse nec aliunde, tot fontibus: tot amenissimis Tempe: tot montium in Gręcia præsertim iugis/musis & poeticis numibus consecratis famam accessisse q̄ q̄ in his deambulantes Poetę, profundę contemplationũ electissimũ se obtinere secessum/ intra hæc ab hominum furore remota loca cognouerũt. Hinc illa Orphei iter syluestria dumeta & prærupta verticum saxa/ tam suauis & surdis etiam roboribus exauditus cantus. Hinc Euripidis in antro poemata meditantis duratura sæculis eruditio & grauitas. Nec dixerit quisq; nisi is temeritatis vellet accusari/ aliquod esse ingenij monumentũ qđ animi solitarij non sapiat acumen. Q; si hoc reliquis studijs tribuimus, quanto magis dabimus Poeticę quę prægrandibus quassata momentis, maiorem indubie sibi libertatis & quietis occasionem vendicat. Apud Ciceronem ab his qui de grauissimis rebus disputaturi sunt, villę feliguntur/ comendantur frondosę quercus, lene strepentes aque, dulces volucrum cantus, amœni agroꝝ secessus/ vt his etiã qui tum stabant arboribus/ & qui tum fluebant amnibus / vita quędam & eternitas parata sit per eos maxime, qui omnẽ ingenioꝝ suorum vim in solitudine effudisse visi sunt. Platonem quidem inter densa arbuta, & spatiosos agroꝝ saltus de his etiã rebus tractasse, quas in vsum hominũ moliebatur/ certum est vt legibꝯ, vt R. P. institutis, & huiusmodi compluribꝯ. Ex solitudine enim redeuntibus qbuscũq;, diuinitas quędã comes esse videtur/ nullisq; pronior fides est q̄ quę solus & latēs q̄

A cum dñs locutus protuleris. Non frustra cū Aegeria in secessu colloquium simulauit Numa, Nō petijt importune Iouis antra Gnosius Minos: nec Xamolxis quidem ex specu egrediens suis ingratus fuit/ cum illi nunq̄ dñs propiores crederentur/ q̄ cum essent soli. Adeo liberum diuinę mentis nostrę cum se ipso cōmerciū/ Solitudinis securitas tollit. In eo enim sola ijs vnica perspicacię & sedes est. De his autē mihi sermonem esse frater putato: qui sunt boni & generosi spiritus/ quiq̄ mentis ad lucem/ non ad tenebras pronę, Vt enim illis scripturis aliquid/ aut quod scribant cogitaturis/ nihil est solitudine potius ita lubricis in viciū/ & ignaris literarum nihil hac ipsa molestius cōtingere potest: Solitudo enim sine literis exiliū est: carcer est, eculeus est, q̄ si literas adhibueris/ patria est, libertas est, & vnica mentis delectatio: Vt Petrarca scripsit, cōstans & ardens solitarię vitę preco: cuius iste quoq̄ versiculus est/ citatus in eius de solitudine li. z. Sylua placet Musis vrbs est/ inimica Poetis. Et quoniā in Petrarche mentionem incidimus/ non alienum erit propositę materię si amorē suum in Solitudinē tibi apertio describerimus. EST in alpiū radicib9 provinciam Narbonensem spectantibus/ loco qui vulgo Vallis clausa dicitur, fons illmis aque/ nomine Sorgia/ qui miro suę naturę decore/ e specu quodam remotioris precipitię tanta vndarum copia redundat, vt statim plenus & iam sui potens animis esse / optimoꝝ pisciū ferax incipiat: in Rodanum tandem post multos rupiū ambages elapsus: Ad huius originem Petrarca aetate adhuc iuuenili, casam statuit, q̄ sibi ab omniū perturbationū castris exauctorato, tanq̄ militi veterano tranquilli ocij sedem faceret, vbi multis annis paruo predio qđ coemerat contentus, & Agricole sui laborū & mensę particeps vitā egit non frugalem tm̄ sed & sanctā, Scripsitq̄/ cum ab orando & contemplando ocium esset. Scipionis gesta poemate quod Africā nominauit: Bucolicū item carmen & epistolas complures, multo vero opus pulcherrimū ad Philippū Caualicensem Episcopū de vita solitaria: in quo adeo quę mundi, quę studioꝝ sunt fragilitatis & ignorantia, contēnit adeo verum rectumq̄ tuetur / vt dubites hominē ne agnoscas, an quē homine maiorē: tanta constantia est, tantus ardor, copia tanta: vt interim argumentorum & rationum fidem prętereamus. Frequens vero accessus incolarum est/ in eum locum quo sanctissimę vitę puritatem, foelici fato, terminauit, nec dubiū quin procedentib9 sæculis hęc suę solitudinis sedes plus indies relligiōis & estimationis sit habitura. Scripsit in hanc de Petrarcha sentētiā Ioannes Bocacius, quasi iusta maxime merenti pręceptorī soluturus. Videre te iam existimo frater: quid cœlestes animi debeant montium secessibus: quantum fomenti, ingenij studiosoꝝ, ex illo tranquillę vitę ocio acce-

dat: Nolim tamen quasi Pythagorici silentij seueritate praescribente
eum qui Poeta esse velit, semper delitescere/ & ab hominum coetu sicut
Myfantropon quaequam aut Timona abstinere/ esto illud complures ege-
rint: Nam in mortaliu comertio non tam est pulchrum discere quam docere,
idque commune facere multis, quod priuata excuderit diligentia: quae modo
(ut Cicero li. officiorum primo scripsit) multi ex philosophis, cum eam vitae
partem delegissent, quae in contemplatione & inquisitione veri versatur/
suum otium quasi ad mortaliu negocia conuerterunt, ut in Platone
cuius Academia quaequam ab vrbe Atheniensi aberat magni tamen reru gerenda-
rum fructus, ex illa in R. P. attica ferebantur. Non queritur quod in
vrbe sit Horatius: sed quod eum ad scribendum in vrbe pro uocet Florus:
Ennio scripturo solitudo in Auentino fuit, ex rebus vero gestis quicquam
cognituro, nihil fuit maximorum ciuium coercio & familiaritate potius.
Quae si qui fuere, aut sunt hodie/ quibus in summis negocijs aut animi
affectu perturbatiombus/ carmina excidant laudem merentia: id ipsi in-
genij tribuent bonitati/ cuius vehementia tanta sit, ut urgentibus im-
pedimentis non suspendatur, tanta constantia & securitas ut in media
etiam Negociorum molestia sola esse videatur. Id ipsum non possunt
non fateri/ melius habere quibus ocio scribere datum sit/ quam quibus
negocio. Pli. Caecilius tanti fecit rursus secessus, ut venantibus etiam/
ad cogitandum multum loci praesto esse crediderit, Nosti haec ex primo
li. Epistolarum/ verba eius ad Tacitum. Non est quod contempnas hoc studium
di genus: mirum est ut animus agitatione motuque corporis excitetur
Iam vndique syluae & solitudo ipsumque illud silentium quod venandi datur
magna cogitationis incitamenta sunt. Proinde cum venerabere, lice-
bit autore me, ut panarium & lagunculam sic etiam pugillares feras: Expe-
rieris non Dianam magis motibus quam Mineruam inerrare. Haec Tacitus.
A cuius tamen sententia preceptor suus Fabius Quintilianus longe abfuit
Hic enim lib. institu. suarum decimo inter alia quae de modo & scribendi
ratione doctissime disputat: haec verba habet. Denique, ut semel quod
est potissimum dicam: secretum quod dictando petit/ atque liberum arbi-
trium locum & quae altissimum silentium scribentibus maxime conuenire nemo
dubitauerit. Non tamen protinus audiendi sunt: qui credunt aptissima in
hoc nemora syluaeque, quae illa caeli libertas locorumque amenitas/ subli-
mem animum & beatorem spiritum parent. Mihi certe iucundus hic
magis quam studiose hortator videtur esse secessus, Namque illa ipsa quae
delectant, necesse est aduocet ab intentione operis destinati, Neque enim
se bona fide in multa simul intendere animus totum potest, & quocumque
respexit desinit intueri quod propositum fuerat. Quare syluae amoenitas:
praeterlabentia flumina & inspirantes ramis arborum aure/ volu-
crumque cantus/ & ipsa late circumspectandi libertas ad se trahunt: ut

mihī remittere potius voluptas ista videatur cogitationē q̄ intēdere
Hactenus Quintilianus, cuius sententia & Horatio refragari & no-
stris paulo ante assertis cōtrauenire videtur. Sed memores Quintili-
anum Oratorem instituere/nō Poetam, dicimus vna Oratorem, qui
rerū vrbānarū administrationi semp̄ esse proximus debet, meditari
& scribere, maxime vero ediscere in solitudine vrbana cōmodius pos-
se, q̄ fortassis vllis in agris, tum q̄ eum ciuilibus negocijs interesse ne-
cesse est: tum etiam: q̄ memorię in clauso aliquo priuatis parietibus
silentio, ad id hauriendum: quod statim presente contione effundat,
rectius consulitur. Impedit enim ediscēdi studium/quicquid pulchri
aut amœni, sensibus offertur. Demosthenē igitur isti potius imitabū-
tur, qui (eod. Quintil. autore) se in locum ex quo nulla exaudiri vox
poterat, & ex quo nihil prospici posset, recumbebat: ne aliud agere,
mentem cogere oculi. Imo etiam, vt equū bellicis vsibus aptū cum
tener est, ad tubarū clangorem exercēus, vt videlicet asuefactus pro-
uocetur potius Martio canore/q̄ noui sonitus horrore absterreatur
ita sese futuri oratores ad summum populi strepitum asuefactos/
in grauium contentionū certamina preparabunt: Cui simile & De-
mosthenē fecisse constat/qui littore quādoq̄ in quod se maximo cū
sono fluctus illideret/meditans: consuecebat concionū fremitus non
expauescere. Sed alia multo poetę fors est/alia studioꝝ suorum ratio
quem quidem non ea gratia in rus destinamus, vt sese libertate & a-
mœnitate locorū oblectet, sed vt in naturę quasi quodā diuersorio in-
ambulans/meditationū altiorum quiete/sensibus etiam intra se col-
lectis/oportune delitescere queat: Ibiq̄ bona mora/& libero a foren-
sibus causis animo partū qui vndiq̄ poliatur ematurare. Deniq̄ o-
ratoris cogitatio vbiq̄ est, sibi in media contione & frequēti hoīm
confessū laborare videt̄, cernitq̄ etiam absens/quos aut accuset aut
tueat̄, laudet aut vituperet, nec unq̄ si mō bonus est, Orator sine rei-
publicę memoria esse potest. Poetę conatus esto de hominum etiam
rebus gestis tractet, & calamo eorū effigiet studia/qui sibi ex rebus
ad R.P. incolumitatē attinentibus supremā gloriā peperere: nunq̄ tñ
hoc pulchrius agit q̄ cum solus est, nec adeo anxie vt magnā in mul-
titudine suę palmę gloriā statuatur: non ore/ non gestu / nō fatigatione
laterum conspicuus: sed sui ipsius per ingenij monumenta fidus con-
solator/gratus virtutis præco, vehemensq̄ viciorū explosor: & solitu-
dine nemorum dignus artifex/vbi moueri animos nostros in res di-
uinas vehementius/nostre quoq̄ religionis magni viri docuerunt: vt
Paulus & Antonius: Hieronymus & Chrysostomus: alijq̄ innumeri.
Ambrosius in libello quē de bono mortis inscripsit / Sape: ait: solitu-
dines captamus, ne cuius sermo nostris auribus insusurret, & quasi
semita

quadam inherente cogitationi animam abducatur a vero atque ab intentione reflectat. Refertur sunt Hieronymi Epistolę solitudinis laudibus: Bernardus/inter amicos solitus fuit dicere intellectum sacrarum scripturarum/se in syluis & agris meditando & orando accepisse: nec ullos alios habuisse preceptores prater quercus & fagos. Cyprianus in Epistola ad Donatum de Conuersione sua, solitudinis comoda perpulchre commendat: Cornel. Taciti verba coronidis loco subiungam/ quę in eius libro de genere eloquentię non corruptę leguntur. Nemora: ait & luci & secretum ipsum quod Aper inerepabat/ tantam mihi afferunt voluptatem/ ut inter precipuos carminum fructus numerem: quę nec strepitu: nec sedente ante hostium litigatore, nec inter sordes & reorum lachrimas componantur: sed secedit animus in loca pura atque innocentia: fruiturque salibus sacris: hęc eloquentię primordia, hęc penetralia: hoc primum habitu cultusque comoda mortalibus, & in illa casta & in nullis contacta vicijs pectora influxit. &c. Non ignoro frater: in huiusmodi rerum tractatione non semper convenire posse inter arbitros: cum suum cuique caput sit & sua sententia, idcirco aliter ac ego estimem, sentientibus, illud Persianum adducam. Mille hominum species & reum discolor usus/ Velle suum cuique est nec voto vivit vno: mihi certe solitudo suis horis petita, adeo probatur in studiosis: ut nihil magis.

DE GENERIBVS FABVLARVM ET ORIGINE

atque inibi quantum fabulę profint.

TITVLVS. XVI.

Fabularum usus, cum frequens vaticibus & percelebris existat, nec ullis alijs doctrinarum professoribus ea libertate qua Poetę luxuriare solent concessus, hoc loco mihi tractandus est frater: ut & in ea parte, a qua Poetę prima laus proficiscitur, & in qua potissima ignavis Vatumque hostibus amusetis laceffendi ansa posita est: nihil te, quod ad etatis tuę institutionem pertinere visum fuerit lateat. Initium autem ex Macrobij sententia faciemus qui insignis sane scriptor & de clarissimarum rerum veritate non parum meritis/ libro somnij primo, cum Fabulam a falsi professione ductam dixisset forte quę per eam res. aliter narratur quę/ vel gesta est, vel geripotuit, vel nature veritas admittere videbatur. Omnem eam bipartitę, ut videlicet, aut voluptatis auribus conciliandę gratia, aut adhortationis in bonam frugem/ reperta sit, prioris generis Comœdiam facit & consimilis argumenti fabulas quarum in numero amatorię sunt, ab Apuleio quoque frequenter tractata. Hoc totum fabulę genus e factuario suo: inquit: in nutricum cunas sapientię tractatus eliminat.